



proderit quicquam. Vide quod nil contrarium intres  
cum lapide nostro, nisi ipsum solum pone. Coniunge  
ergo seruum nostrum sorori suæ odoriferæ & inter se  
filium gignent, qui non assimilabitur parentibus. Et  
quamuis Gabricus sit charior Beyæ, tamen non fit ge-  
neratio sine Gabrico. Gabrici enim cum Beya concu-  
bium protinus mortuum est. Nam Beya ascendit su-  
per Gabricum: & includit eum in suo utero, quod nil  
penitus videri potest de eo. Tantoque amore ample-  
xata est Gabricum, quod ipsum totum in sui naturam  
concepit, & in partes indiuisibiles diuisit. Vnde Mascu-  
linus ait: Versus:

*Quæ quasi lac fuerat conceptio sanguinem mutat,  
Pallida nigrescunt, rubea diffusa litescunt,  
Candida mulier, si rubeo sit nupta marito,  
Mox complexantur complexaq; copulantur.*

per